

D E D I C A T O R I A .

philosophorum mentis aciem validissimè
 perstringeret: inter posteriores tamen exti-
 terunt, qui Chymiae ministerio nouorum
 principiorum ansam nacti, Salem, Sulphur,
 Mercurium proferrent in medium, quorum
 respectu peripatetica vel vana essent peni-
 tūs, vel saltem inania loca, quibus fœcundæ
 trium iam dictorum, planeq; cœlestes vires
 insiderent. Quæ ergo hæctenus de principio-
 rum ambiguitate, ceu hausto oblivionis po-
 culo sopitalis, in Aristotelis eiusq; sequaciū
 decretis ἀληθείᾳ placidè conquiescebat, si re-
 crudescat, cuius ea demum censenda fuerit
 commentatio? Certè si ad chymicum non
 attinebit, philosopho dimittendā esse, quiuis
 facilè condiscet. Ast iam id comprobant pro-
 batorum virorum auctoritates & sententiæ:
 nec rationū momēta operosiùs hinc inde cō-
 quirēda sunt. Affirmat Hippocrates, ὅτις μὲν
 εἰωθεὶ ἀκέρην λεγόντων ἀμφὶ τῆ φύσιος τῆ ἀνθρώ-
 πινης περὶ σωτέρω, ἢ ὁκόσον αὐτῆς εἰς ἰητρικῶ ἀ-
 φικῆ, τριτέω μὲν ὅτι Ἰππικῆ δὲ ὁ δὲ ὁ λόγος
 ἀκέρην. Proscribit ergo doctrinam elemento-
 rum, quæ remotior cū sit, Physico potius
 quàm Medico conueniat. In quam senten-
 tiam Auicenna loquitur, dum ait, Medicus
 Physico credere debet, quòd quatuor sint,

Ad Chy-
 miam non
 pertinere
 principia
 physica.

Initio de
 natura hu-
 mana.

Lib. 1. Fen.
 1. Doct. 2.

): (3 non